

era de toda la provincia de Alava como de las de Ipúzcoa y Vizcaya, cuya expresion fué tambien omitida.

## NUM. 72.

*Donacion de una casa, y otros bienes en Bozo, Ximileo,  
Pollas y Trepiana, año 1086.*

Becerros de san Millan.

Sub nomine Christi redemptoris nostri. Ego igitur senior Monnio Telliz placuit michi, et pro mee anime remedium, ac scelerum meorum ablutio, unde concedo, et confirmo ad honore sanctissimi Emiliani, et tibi presenti Blasio abbatii cum ceteris monachis ibi Deo servientibus; id est una casa in Bozo in loco sub penna cum orto, et era, et quantum ad illa casa pertinentia est cum exitu, et regressu: amodo habeat sanctissimus Emilianus. Et dono illa casa de Maurdones, qui est in valle, cum era, et orto, introitu, et exitu, et sua pertinentia. Similiter illa hereditate quem habeo in Bozo ex parte pater meus tam terris quam vineis, solaris, et pomiferis quantum pertinentia mea est. Et in villa Semellio Mediano meas casas sitas in media villa cum terris, vineis, pomiferis et pertinentia, exitu, et introitu integro. Et illa vinea qui est in Pollas in loco qui dicunt Corriellos. Et in Trepiana meas casas, cum divisas, et solares, terris, vineis, et quantum pertinentia mea est ad integratatem. Et tali tenore, ut quandiu vivus sum, habeam ego. Et post obitum meum habeat sanctissimus Emilianus. Si quis autem ex meis consanguineis, vel extraneis qui hanc meam offertionem in aliquo demere, vel disrumpere voluerit; in primis sit à Deo omnipotente maledictus, et confusus; deumque cum Iuda traditore, et demonibus participatus; et à parte regale exolvat septem libras auri, et duplo ad regula. Ego vero senior Monnio Telliz, qui hec dedi, testes tradidi. Comite Garsea Ordoni in Naiera confirmat. Comite

Lope in Alaba et Bizkabia testis confirmat. Senior Albaro Diaz confirmat. Senior Enneco Oriolez confirmat. Senior Albaro Gonsalbez confirmat. Alfonsus rex in Toleto confirmat. Era millessima centesima vigesima quarta.

## NOTA.

Los pueblos en que radicaban los bienes donados estaban unos en Rioja y otros en Alava; por lo que se pidió que confirmasen la donación don García Ordoñez, conde de Náxera, y don Lope Íñiguez, conde de Alava y Vizcaya.

## NUM. 73.

*Donacion de bienes en Ermendica y Leciñana al monasterio de santa María de Orsares, y anexión de este al de san Millan de la Cogulla por doña Leguncia Muñoz de Orsares, á 6 de Mayo del año 1087.*

Becerros de san Millan, gótico, fol. 90 b., y galicano fol. 68.

In Dei nomine, et individue sancte Trinitatis. Hec est carta testamenti, quam ego domna Leguncia Munnioz de Orsares, fieri iussi in honore sancte Marie, et sancti Michaelis et sancti Iacobi apostoli, et sancti Martini, et aliorum sanctorum quorum ibi reliquie recondite sunt in monasterio sancte Marie de Orsares cum perpetua felicitate, amen. Igitur ego iam nominata, non coacta, sed libenti animo pro remedio anime mee, do illam meam hereditatem, que est in Ermendica: unam domum que stat Micael, cum suo horto et sua era; et tres agros cum suis divisis. In Casicedo unam domum cum suo horto, et era; et quinque agros cum suis divisis. Et in Licinia-